

Ecclesia parochialis titulo sancti Bernardini ville Lavatogii

Tectum tutum a pluia et laqueatum habet.

Pavimentum ex calce decenter stratum

Parietes intus et foris dealbatos.

In quibus quatuor fenestre absque aliquo munimine.

Ostia satis tute clauduntur.

Vasa aque benedictae satis tolerabilia.

In medio divisorium lapideum et indiget aliquale reparatione.

Hinc inde muro inherentia sedilia lapidea.

Altare

Mensam et portatilem habet ad formam.

Crucem ligneam indecentem.

Candelabra duo ferrea tolerabilia.

Tres tobaleas et palium ex panno nigro.

In muro prope dictum altare extant quatuor fenestelle, in quarum una que alias inserviebat pro sanctissimo sacramento conservando asservantur [74r] ad presens oleum pro lampade.

In quadam alia a latere epistole et propinquiori altari inservit pro ampullis asservandis.

Retro ipsum altare inest quedam capsia in qua ecclesie suppellectilia asservantur, que sunt infrascripta:

Doi calici con le sue patene d'argento, un de quali ha bisogno di esser reparato.

Dua para di corporali, sei purificatori.

Quattro paramenti sacerdotali forniti, uno de quali di damasco giallo, un di seta, uno di panno e l'altro di dobleto, una cotta, un missale novo, un cossinetto di corame.

Quattro palii d'altare, uno di corame indorato, gl'altri di panno e di dolbetto [sic].

Un baldachino di damasco rosso.

Una campanetta.

Altare aliud beate Marie virgini<s> dicatum

Extat in medio ecclesiae ad dexteram ingredientis.

Mensam satis ad formam habet.

Palio ex panno rubeo et tobaleis satis munitum.

Iconam decentem, minime vero bradellam.

A latere epistole inest quedam fenestella pro ampullis asservandis.

Ecclesia titulo sancti Cervioni

Extat titulus parochialis predi<di>cti loci de Lavatoggio et distat per miliare, fere dirupta.

In qua tamen missa non celebratur.

Intus ipsam ecclesiam muro impensis extant plures lapides fune alligati in modum voti, qui ab hominibus predicti loci infirmantibus et illos collo appensos ad predictam ecclesia[m] ex voto gere<re>ntibus in eiusdem ecclesiae muro huiusmodi lapides sic apensos relinquunt.

Circum ip[s]am ecclesiam extat cimiterium macerie lapideo circumdatum.

[74v] Caret cruce.

In quo tantum parvuli sepeliuntur, nam homines ecclesiam sancti Ioannis de Regno ad sepeliendum deferuntur.

#### Eucharistia

Extat in ecclesia supradicta sancti Bernardini tabernaculum ligneum deauratum forma rotunda, in quo ipsius eucharistie sacramentum asservatur.

Habet in sumitate statuam sancti Ioannis Baptistae ligneum [*sic*], indecentem.

Conopeum sericum.

Hostiolum clauditur, non tamen clavi argentea neque apensa cordule sericae.

Intus vero serico minime vestitum, sed tantum stratum corporale habet.

Huiusmodi eucharistiae sacramentum asservatur in pixide magna ex auricalco deaurato et cum ea illud ad egrotos comunicandos, que etiam inservit pro tabernaculo ostensorio.

Nullam habet bu[r]sam, sed tantum velum ad cooperiendum ipsam pixidem.

Lampas absque tamen lampadario conti[n]ovo ardet exspensis populi et societatis Corporis Domini, que societas habet regulas minime a reverendissimo ordinario confirmatas.

Defert huiusmodi sacramentum ad egrotos stola et cotta indutus, nulla tamen in ecclesia relicta particula sacramenti.

Renovat particulas transactis viginti diebus ad sumum.

Ipsae conficit hostias, quas conservat in vasculo ligneo nulla re munito.

In ipsius eucharistiae sacramenti administratione tam erga infirmos quam in comunione generalibus satis recte se gerit.

**[75r]** Comunicantes offerunt panem.

Fit processio cum sacramento qualibet tertia dominica mensis et defertur baldachinum et luminaria desuper tabernaculum existens super altare inherent(em).

Icone extat, umbella lignea.

Pro temporibus pluviosis defert lanternonum.

Fiunt comuniones generales in die Nativitatis Domini, in die Resurrectionis eiusdem et in festo Assumptionis virginis Mariae.

In reliquis recte se gerit.

#### Baptismus

Baptisterium extat prope hostium ad sinistram ingredientis.

Vas aquae benedictae baptismi marmoreum forma rotunda, non tamen tribus spatiis distinctum.

Caret ciborio, sed tamen clavi tute clauditur.

Intus baptisterium inest sacrarium.

Nullum habet cocleare sed ad infundendam aquam super capud [*sic*] infantis utitur ampulla.

Renovat quolibet anno in die sabati sancti aquam baptismi et que superest per sacrarium emittit.

Adhibet diligentiam in describendis baptizatis.

In celebratione vero huiusmodi sacramenti servat formam ritualis et satis recte se gerit.

#### Olea sacra

Asservantur in vase stanneo forma oblonga tribus spatiis distincto, oleum infirmorum minime separatum, et illa retinet in capsia sub clavi.

Annuatim a reverendissimo ordinario accipit ipsa olea, et vetera per sacrarium comburit.

Administrat huiusmodi sacramentum iuxta forma[m] ritualis et satis recte se gerit.

#### Confirmatio

Sunt quatuor anni quod a reverendissimo ordinario in dicto loco a[d]minist[r]ata non fuit.

#### [75v] Penitentia

Extat in ecclesia confessionnale prope altare a latere dextro satis ad formam.

Caret tamen tabellis necessariis, quas tamen domi habere asseruit.

In imponendis penitentiis et huiusmodi sacramenti administratione satis se bene gerit.

#### Matrimonium

Publicavit decreta concilii Tridentini di [sic] reformatione matrimonii.

Per tres dies festus trinas emittit denunciationes in ecclesia nullo tamen habito consensu a sponsis.

Circa vero huiusmodi sacramenti administratione[m] servat formam sanctae matris Ecclesiae et recte se gerit.

#### Parochus

Parochialis supradicte extat pater Iacobus de Regno, etatis annorum triginta sex.

Ostendit literas suorum ordinum et dicti sui beneficii

Cuius [sic] redditus asserit ascendere ad libras quinquaginta, quas libere percipit.

Ecclesia<m> habet domum canonicalem dirupta[m] et inhabitabilem, ipse vero cohabitatur in domo eius propria.

Parochia est satis unita ex numero animarum 400, quas in libro describit una etiam et mortuos.

Excommunicati, usurari et huiusmodi publicos peccatores in sua parochia asserit non extare.

Quandoque verbum Dei predicat populo.

Pueros doctrinam christianam non docet.

Singulis diebus festis tum etiam fere feriatis celebrat.

[76r] Et peccata sua patri Matheo confitetur.

In habitu clericali continuo incedit.

Nullos habet inimicos, minusve arma per viam defert.

Nullas extare incantatrices et huiusmodi artem maleam exercentes.

Et in dicta sua parochia ludimagistros existere asseruit.

[...]

#### [273v] [Chi]esa di San [Bern]ardino di Lav[atogio]

[\*\*\*]no le fines[telle] [?alm]eno con tela cerata [\*\*\*]e di [\*\*\*] della [\*\*\*] di legno secondo la [forma] nei decreti [generali].

#### Chiesa di San Cervione

[II] reverendissimo ordinario examini con diligentia [\*\*\*] devotione o più presto superstitione [\*\*\*]o quei popoli di porsi al collo certe [? pietre ] quando sono infermi et portarle [? In det]ta chiesa con lasciarle ivi apese et [\*\*\*] e lo proibisca.

### Eucharistia

Il tabernacolo si fodri di dentro alla forma prescritta nei decreti generali e proveghasi di tutte l'altre cose necessarie prescritte in essi decreti.

### Battismo

Si riformi et si provega il battisterio quanto più si puole delle cose già prescritte nei decreti generali et particolarmente si provegga del mes[to]lino all'infonder l'acqua e più non usi l'ampolla di vetro.

### Olei sacri

Si faccino i vasi alla forma prescritta nei decreti generali e particolarmente che quel dell'estrema ontione sia separato dagli altri con l'altre cose necessarie in essi prescritte.

### Penitentia

Provegga delle tabelle per tenere affisse al confessionniale alla forma prescritta nei decreti generali et osservi quanto in essi habbiamo ordinato [274r] circa l'adminis[tratione] di esso.

### [Paro]cho

Il reverendissimo ordinario ve(?) [\*\*\*]tisca [?il parroco] di detta chi[esa] [\*\*\*] la profess[ione di] fede [\*\*\*] suoi [\*\*\*] conc[ilio?] et delle bolle de sommi pontefici [\*\*\*] li provegga di oportuno rimedio.